Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qd facit. et numquam animo qd factu sit ut ille mutus
consulat presidentes s uertatur an bene factum sit.
Te laudant hec omnia creatorem omnium. Sed tu quomodo
facis ea. Quomodo fecisti ds celum et terram. Non utique in ce
lo neq; in terra fecisti celum et terram neq; in aere aut ma
quis. quo et hec pertinent ad celum et terram. neq; in universo
mundo. fecisti universum mundum. qui non erat ubi
fieret. ante quam fieret ut esset nec manu tenebat aliqd
unde faceret celum et terram. Nam unde hoc qd non feceras.
unde aliqd faceres. Quid enim est hoc. in qtues. ergo ad dix
isti et facta sunt. atq; in uerbo tuo fecisti ea. Sed quomodo dixisti.
Numqd illo modo quo facta est uox de nube dicens. hic est fi
lius meus dilectus. illa enim uox acta atq; transacta est cep
ta et finita. Sonuerunt syllabe atq; transierunt. secda
post primam. tertia post secdam. atq; inde exordine. donec
ultima post ceteras silenciumq; post ultimam. Unde clarum atq;
eminens. qd certatur motus expressit eam. seruiens eterne
uoluntati tue ipse temporalis. et hec ad tempus facta ver
bo tuo nuntiant auris exterior mentis prudentis. cui
auris interior posita est ad eternum uerbum tuum. At illa com
parauit hec uerba temporalium sonantia. cum eterno insilen
tio uerbo tuo et dixit. aliud est longe. longe aliud est. Hec
longe infra me sunt nec sunt. quia fugiunt et preterunt. ver
bum autem dei mei. supra me manet in eternum. Si ergo uerbis
sonantibus et preteruntibus dixisti ut fieret celum et tra.
atq; fecisti celum et terram. iam erat creatura corporalis
ante celum et terram. cui motus temporalis tempora lis uox
illa pertineret. Nullum autem corpus ante celum et terram.
aut si erat. id certe sine transitoria uoce fecerat. unde